



# CHARISMATIS

IN CHRISTO RR. A. PP. MAGISTRIS IN THEOLOGIA.

Prioribus, Prædicatoribus Generalibus, cœterisque Patribus, &

Fratribus huius nostræ Provinciæ Bæticæ

Ordinis Prædicatorum.

FR. EMMANUEL A. S. THOMA

EIVSDEM PROVINCIÆ HVMILIS PRIOR PROVINCIALIS.

ac Servus salutem, & Spiritus Sancti gratiam, &c.

**P**ostquam in Provinciali Capitulo, quod in Conventu nostro Regali S. Pauli Cordubensi nuper celebravimus, placuit vobis humeris meis Officium Provincialatus imponere, & eiusdem plurimos, assiduosque labores mihi subeundos iniungere cum plurimi essent ibidem qui maiori, meliorique titulo hoc munere haberentur digni electionis Decretum ad Reverendissimum nostri Ordinis Generalem Magistrum delatum est, ut electio facta eius censura approbaretur factum esse autem ut litteris suis patentibus, quas ad me destinaverit, eam sic stabilierit, cuius litteræ sunt tenoris sequentis.

**I**N Dei Filio sibi dilecto Admodum Patri Magistro Fr. Emmanueli de S. Thoma Provinciae nostre Bæticae Ordinis Prædicatorum Fr. Antoninus Cloche Sacra Theologia professor, ac eiusdem Ordinis Magister Generalis, & servus S. Cœli vacante Officijs Provincialatus prefactæ Provinciae nostra Bætica post expletum quadriennium R. P. M. Fr. Gasparis de la Mota, Patres vocalcs sub die 11. mensis Aprilis proximo elapsi in Conventu nostro S. Pauli Cordubensi capitulariter convenisse et, sibi dictæque Provinciae de idoneo successore, & novo capite provisuræ supra nominatum P. M. Fr. Emmanuelem de S. Thoma, cuius doctrinam Religionis zelum, morum integritatem, regendique discretionem experimento, usque noverant, unanimiter elegerunt. Missoque ad nos Jerutinio suam à nobis electionem probari, ac confirmari stigitarunt, quorum iustissima petitioni, auditio hic prius gravissimorum Patrum pleno consilio deque eorum concordi voto, duximus quantoq[ue] annundandum, ad quod nos etiam non mediocriter impellunt prudentia, dexteritatis, ac iudicij talita, quibus a Deo dotatus es. Quapropter h[ab]arum ferie nostrique auctoritate officij absolventes prius te prememoratum R. A. P. M. Fr. Emmanuelem de Sancto Thoma ab omni vinculo. Ex communicationis, seu quovis alio Ecclesiastico impedimento si quo eßes innodatus ad effectum presentium dumazat consequendum, damus, prefecimus, confirmamus, teque datum, praefectum, ac confirmatum declaramus. Priorem Provincialem, caput, & Pastorem prefactæ nostra Provinciae Bæticae cum omni ea facultate, auctoritate, & iurisdictione spirituali, ac temporali in totam istam Provinciam, inque eiusdem universos, & singulos Conventus, Monasteria, Collegia, Demos. Vicarias, & utriusque sexus personas, etiam Tertiij Ordinis operari, quanta huic officio, sive ex vi nostrarum Constitutionum, & Ordinationum Capitalium, sive per privilegia, aut probatum consuetudinem dignoscitur.

Precipientes tibi in virtute Spiritus Sancti, & Sancte Obedientie sub formalii precepto, quatenus statim ab harum receptione prememorati officij Provincialatus sarciens in humeros suos admittas, eique constanter pro viribus tibi à Domino praestitis satisfacere covaris. Porro sub eiusdem formalis precepti distictione mandamus universis, ac singulis ad istam nostram Provinciam Bætica quomodolibet pertinentibus, quatenus te tanquam verum, atque legitimum suum, suaque Provincia Priorum Provinciale agnoscat, tibique in omnibus, & per omnia religiose pareant, & incunctanter obedient. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. Datis Roma in Conventu nostro Sancte Marie super Minervam, die 24. Maij 1693. Fr. Antoninus Cloche, Magister Ordinis. Registrata fol. 15. Fr. Iosephus de Sarabia, Magister, & Socius.

Suscepi igitur laborem hunc arduum quidem, & meis humeris imparem, tantum ut superioris, ac vestre satisfacerem voluntati.

Cum itaque meum sit Patres dilectissimi me ipsum in his que ad consolationem vestram, & incrementum regularis vitæ attinent impendere, vestrum pariter erit Religionis vestre observantiam, quam libera professione amplexari vobis placuit spontaneis operibus adimplere, sic enim fiet, ut grave huius officij pondus, & mihi suave iugum sit, & nullam vobis molestiam afferat obedientiae legibus subiacere. Hæc autem quia non aliter quam largiente Domino obtinere possunt summis ab eo precibus agendum est, ut vestris commodis nunquam deficiam, & vos ipsi humeros vestros oneri meo supponentes minimè etiam deficiatis. Hæc igitur ut omnibus innotescant in virtute Spiritus Sancti sub Sancte Obedientiae precepto formalii principio cunctis Prioribus, seu Conventuum Præsidentibus huius nostre Provinciæ, ut has litteras suis quisque Fratribus Capitulariter convenientibus legi facias.

Declaramus omnes depositiones à Capitulo proxime præteriro usque in hodiernum diem habere valorem assignationum. Insuper notum facimus Reverendissimum P. N. G. Magistrum per suas litteras sub die 10. Maij anni currentis præcipere, ut omnes Priors, vel Præsidentes Conventuum, ad quos visitationis causa Reverendissimus P. Generalis Carmelitanus declinaverit, omnes illas significaciones honoris, & acceptationis faciant, quæ nostro Reverendissimo P. M. Generali fieri debent, ob singularem erga nos affectionem, & Angelici nostri Doctoris Doctrinam, ad quam sequendam novissime per Bullam à SS. D. N. Innocentio Papa XII. ostentam totam suam Religiosissimam Familiam exortat, & strictissime obligat. In quorum fidena subscripsi, & sigillo nostro parvo muniri mandavi in Conventu nostro Regali S. Dominici Malacitano die 30. Junij 1693.